

voluntate relicta, nunc pauca addenda de fideicommissis per actum inter vivos constitutis, cum per ultimam voluntatem non minus quam per actum inter vivos fideicommissa induci possint, ut dum donationi adjicitur pactum de rebus donatis alteri personæ, seu filii donatarii restituendis; l. *Cum quis decedens* 37. § *Pater ff. de legat.* 3. Bruneman. *ibid.* et communiter Doctores. Ita et pactis dotalibus fideicommissa induci possunt, quæ tamen ut fideicommissi vinculo afficiantur actis insinuanda sunt ad instar donationum, de quibus late Peregrin. *de fideicomm.* art. 51. Grønewegen. ad leg. 3. *Cod. de Condit. ob caus. dator.* Zoef. in *Pandect.* lib. 39. tit. 5. num. 62 et 63. Anton. Mathæi *de Succession. disput. ult. de divort. leg. et Usus.* num. 51. (40. Hæc tamen fideicommissa a fideicommissis ultima voluntate relicta differunt. In his competit actio non minus personalis, quam in rem; in fideicommissis vero inter vivos constitutis personalis tantum actio datur ex æquitate ad persequendum tale fideicommissum, l. *quoties* 3. *Cod. de Donat. quæ sub modo* Vinnius tractat. *de Pactis* cap. 13. n. 11 et 12. Voet. in *Pandect.* lib. 36. tit. 1. num. 9. Perez in *Cod.* lib. 8. tit. 55. n. 15. Vinc. de Franch. dec. 74. Guid Papæ dec. 512. Vide tamen Carpzov. par. 3. cap. 8. defin. 12. Fusar. *de Substit.* quæst. 14. Bruneman. in *Cod.* lib. 8. t. 55. in leg. 3. per tot. (41. Differunt secundo, ut fideicommissa per ultimam voluntatem

FIDEJUSSIO, FIDEJUSSOR.

SUMMARIUM.

1. Fidejussio quid sit. — 2. Fidejussor unde dicitur, et quid sit. — 3. Fidejussio quavis verborum forma, ore tenus, et inscriptis, immo inter absentes et per Epistolam fieri potest. — 4. Fidejussor dari, et Fidejussio constitui potest super quovis debito, vel obligatione quomodocumque contracta. — 5. Potest quis de sistenda persona incarceranda fidejungere, quam si non sistit, ipse Fidejussor non incarceratur, sed punitur pœna pecuniaria. — 6. Fidejussor dari potest non solum pro præsentibus, sed etiam pro futura obligatione. — 7. Fidejungere possunt omnes qui liberam rerum suarum administrationem habent, et a lege non prohibentur. — 8. Prohibentur autem primo Fidejungere milites, exceptis tamen veteranis honeste a militia dimissis. — 9. Secundo, Fidejungere prohibentur mulieres etiam pro conjunctissimis personis. — 10. Tertio, Fidejungere prohibentur Ecclesiarum Prælati, et Clerici. — 11. Limitatur conclusio, si raro tantum in uno, vel altero casu fiat ex causa præsertim pietatis, vel charitatis. — 12. Clericus Fidejungere debet de Patrimonialibus, vel quasi talibus, et non de Ecclesiasticis satisfacere, nisi forsitan ex causa necessitatis, ac pietatis pro egeno, vel alia causa pia contingeret Fidejussio, ad n. 13. — 14. Item Fidejungere potest Clericus pro alio Clerico. — 15. Item Clericus potest Fidejungere pro sua Ecclesia. — 16. Clerici Fidejussio facta nimis frequenter de bonis Patrimonialibus, vel de aliis Ecclesiasticis redditibus ad ipsum pro honesta sustentatione plene spectantibus, quamvis sit illicita, est tamen valida. — 17. Quarto Fidejungere prohibentur Religiosi omnes, non tantum privati, sed etiam Superiores sine consensu majoris. — 18. Limitatur conclusio in casu quo Prælati pro modica quantitate, et raro fidejubeat. — 19. Fidejussio a prælato, vel privato Religioso contra Jura facta non solum est illicita,

constituta ad nutum fideicommittentis, quousque vivit, revocari possint, non ita tamen fideicommissa inter vivos relicta, quæ semel a fideicommissario acceptata amplius liberum non est fideicommittenti fideicommissum revocare. Jul. Clar. § *Donatio* quæst. 13. n. 5. Fachin. *Controver.* lib. 8. c. 89. et 91. Mant. *de tacit. et ambig. Convent.* lib. 13. tit. 48. num. 8. Zoes. in *Pandect.* lib. 39. tit. 5. numer. 65 et seq. Perez. loco citat. num. 6 (42. Dubitari autem potest utrum hujusmodi fideicommissum inter vivos relictum ea lege, ut donata bona ad donantem revertantur, si donatarius sine liberis moriatur, jus aliquod iisdem liberis tribuat, adeo ut æqualiter succedant, an potius liberum sit donatario de donatis bonis disponere eaque inæqualiter etiam inter eosdem liberos dividere. Tota hæc quæstio dependet ex determinatione controversiæ an filii in conditione positi censeantur dispositive vocati, adeo ut ubi lex, vel consuetudo, vel statutum viget, prout Romæ ex c. 142. lib. 1. *Statut. Urb. Rot.* Coram Lancett. dec. 217. num. 2. cujus vigore filii in conditione positi tamquam dispositive vocati reputantur, tunc cum iisdem liberis jam sit jus quæsitum, nullum ipsis potest detrimentum afferri ex dispositione patris donatarii, secus vero ubi consuetudo, in contrarium observatur. Voet. in *Pandect.* lib. 39. tit. 5. n. ultim. sed hanc quæstionem accuratius exposuimus supra *de Donationibus.* Art. 3. novis addit.

ta, sed etiam invalida. — 20. Fidejussor tenetur solvere totum, quod debitor principalis tempore Fidejussionis debebat, si hic non est solvendo, immo etiam usuras, si ita promisit. — 21. Fidejussor non obligatur ad plus quam debitor principalis. — 22. Nec Fidejussor potest prius obligari, quam obligatus sit debitor principalis. — 23. Si Fidejussor ad certum dumtaxat tempus fidejussit, et Creditor sine consensu Fidejussoris tempus prorogat debitori, ad nihil amplius tenetur Fidejussor. — 24. Fidejussor, quantum est ex simplici Fidejussione, non tenetur ad usuras, aut alias novas accedentes obligationes. — 25. Tenetur tamen ad ipsas, si specialiter vel universaliter ad has quoque se obligavit. — 26. Fidejussoris obligatio transit etiam ad ejus hæredes. — 27. Si plures sint Fidejussores super eodem debito, tenentur omnes in solidum ita ut, si solvendo non sint, ille solus, qui solvendo est, ad totum in solidum solvendum teneatur. — 28. Si tamen alii confidejussores etiam sint solvendo, non potest creditor convenire unum solum pro toto debito, et conventus potest excipere, et dicere ut singulis æqualiter pro suis partibus conveniat. — 29. Si post factam legitime divisionem debiti inter fidejussores, aliqui fiant non solvendo, id accidit damno Creditoris. — 30. Fidejussor Regulariter conveniri non potest, nisi postquam fuit conventus, et excussus debitor principalis, et inventus, quod ipse non sit solvendo, sive in totum, sive in partem. — 31. Hoc privilegio gaudet Fidejussor, si debitor principalis sit absens, et ipse præsens, nisi promittat sistere præsentem debitorem principalem intra tempus a Judice determinatum. — 32. Nec Fidejussor gaudet tali beneficio, seu privilegio, si notorie constet debitorem principalem non esse solvendo. — 33. Nec Fidejussor gaudet tali Beneficio, si debitor sit difficilis conventionis. — 34. Nec Fidejussor gaudet tali Beneficio excussionis, si ipsi expresse, vel tacite renuntiavit, ut facere po-

test. — 35. Nec Fidejussor gaudet tali Beneficio excussionis, si malitiose neget Fidejussionem, et postea convineatur. — 36. Fidejussor in pluribus casibus potest petere liberationem a Fidejussione, etiam antequam solvat. — 37. Primus casus est, si debitor diu negligit solvere, seu in culpabili mora solvendi diu fuit. — 38. Secundus casus est, si debitor principalis incipit esse prodigus, et dissipare bona sua. — 39. Dummodo tamen tempore Fidejussionis sciente Fidejussore non cœperit debitor dilapidare bona. — 40. Tertius casus est, si Fidejussor, ut pro debitori principali solvat, a Judice condemnatur. — 41. Quartus casus est, si inter Fidejussorem et debitorem conventum sit, ut eveniente certa conditione, aut elapso certo tempore, liberaretur Fidejussor. — 42. Quintus casus est, si Fidejussor ex rationabili causa vellet peregre proficisci in longinquas regiones. — 43. Sextus casus est, si inter debitorem et Fidejussorem graves, vel capitales exorta sint inimicitie, dummodo non sint exorta culpa Fidejussoris. — 44. Principalis debitor tenetur de jure Fidejussorem relevare, et eundem reintegrare, de omnibus per eum solutis. — 45. Immo non solum tenetur conservare indemnem Fidejussorem pro summa, pro qua fidejussit, sed etiam pro omni damno, et interesse passo ratione Fidejussionis. — 46. Fidejussor potest pacisci, et de jure aliquid recipere in compensationem imminenti periculi, quod subit in fidejubendo. — 47. Etiamsi debitor existat idoneus. — 48. Regulariter de stylo mercatorum persolvantur pro Fidejussione duo in singula centenaria. — 49. Creditor potest acceptare moderatum pretium, ut Fidejussorem liberet a Fidejussione periculosa, vel molesta, quam suscepit pro debitore.

(1. Fidejussio est contractus, quo quis alienam obligationem suscepit implendam, si debitor principalis non solverit. Est in re communis, arg. *Institut. princ. de Fidejuss.* et l. *Sicut* 65. ff. eod. (1). (2. Fidejussor (sic dictus a *fide* et *jubeo*, quasi fide sua jubens, ut alteri credatur, l. *Creditor* 60. § 1. ff. *Mandati* et l. *Ubi* 75. § *Qui vero* ff. *de V. O.*) est is, qui alienam obligationem in se suscepit, seu fidem suam interponit de solvendo debito, casu quo ipse illud non solverit; Est in re communis, arg. *Institut. princ. de Fidejuss.* (3. Fidejussio quavis verborum forma ore tenus, et in scriptis, immo inter absentes, et per Epistolam fieri potest; Engel. lib. 3. *Decret.* tit. 12. num. 2. Reiffenstuel *ibidem* num. 11. et communis aliorum. (4. Fidejussor dari, et Fidejussio constitui potest super quovis debito, vel obligatione quomodocumque contracta, textu expresso l. 1. ff. *de Fidejuss. et mandat.* ibi: «Omni obligationi Fidejussor accedere potest,» l. *Græce* 8. § 1. ff. eod. ibi: «Præterea sciendum est Fidejussorem adhiberi omni obligationi posse, sive re, sive verbis, sive consensu;» § 1. *Institut. de Fidejuss.* ibi: «Omnibus autem obligationibus adsumi potest, id est, sive re, sive verbis, sive litteris, sive consensu contrahatur, ac nec illud quidem interest, utrum civilis, an naturalis sit obligatio, cui adjicitur Fidejussor.»

(5. Potest quis de sistenda persona incarceranda Fidejungere, quam si non sistit, ipse Fidejussor non incarceratur, sed punitur

(1) Hæc definitio procedit in simplici fidejussione, non in solidali, ut Artic. 2. (EDIT. BARBIELL.)

(2) Excipe casum quo decipiendi animo, vel cum sciret se non teneri tamen fidejussit, et tunc non

— 50. Creditor compelli non potest, ut habito uno Fidejussore, admittat alium. — 51. Si tamen creditor admiserit alterum Fidejussorem, liberatur primus. — 52. Fidejussores plures, quando sunt omnes in solidum obligati, sicuti respectu debitoris principalis sunt confidejussores; ita alter alteri ad invicem sunt etiam Fidejussores pro rata, et ratione solidi alter pro altero tenetur, et conveniri potest. — 53. Ac ideo, si alter ex confidejussoribus in solidum obligatis, solvat Creditori principali, potest repetere ratam partem adversus alios confidejussores. — 54. Quilibet tamen confidejussor pro eo, quod solvit, habet actionem mandati contra debitorem principalem. — 55. Insuper habet etiam Fidejussor actionem negotiorum gestorum adversus principalem debitorem, ad repetendum id quod solvit et indemnitatem consequendam. — 56-59. An jure civili et canonico prohibiti sint Clerici in universum fidejungere. — 60. De Fidejussore in criminalibus *Remissive.* — 61. Altera exceptio, qua Fidejussor non gaudet privilegio expectandi debitoris excussionem. — 62. Salvo tamen regressu ad Fidejussorem. — 63. Sequitur divisionis exceptio. — 64. Quæ pro omnibus debitis indistincte competit. — 65. Dempto qui pro tutore vel cum muliere fidejubeat. — 66. Et qui huic beneficio expresse renuntiat. — 67. 68. De cedendarum actionum remedio. — 69. Quando Fidejussor solutum repetere nequit. — 70. Alteri casus recensentur quibus Fidejussor a fidejussione liberatur. — 71. Tria Fidejussorum genera. — 72. De solidali fidejussione. — 73. Ejus effectus. — 74-80. Et consequentiæ. — 81. De Fidejussore indemnitate. — 82. Quomodo liberetur.

pœna pecuniaria, vel taxata a Jure, decreto, consuetudine, vel arbitraria Judicis; et quidem extraordinaria, si reus ex dolo Fidejussoris exhibitus non est, vel aufugit, textu expresso in l. *Si quis* 4. ff. *de Fidej.* ibi: «Si quis reum criminis, pro quo satis dedit, non exhibuerit, pœna pecuniaria plectitur; puto tamen, si dolo non exhibeat, etiam extra ordinem esse damnandum; sed si neque in cautione, neque in decreto Præsidis certa quantitas comprehensa est, ac nec consuetudo ostendit, quæ certam formam habet, Præses de modo pecuniæ quæ inferri oporteat statuet.» (6. Fidejussor dari potest non solum pro præsentibus, sed etiam pro futura obligatione, l. *Stipulatus* 6. § 2. ff. *de Fidejuss.* ibi: «Adhiberi autem fidejussor tam futura, quam præcedenti obligationi potest.»

(7. Fidejungere possunt omnes, qui liberam rerum suarum administrationem habent, et a lege non prohibentur; Communis, arg. l. 3. ff. *de Fidejuss.*

(8. Prohibentur autem fidejungere: Primo, milites, l. 8. § 1. ff. *Qui satis dare coguntur*, et l. *Miles* 31. *Cod. de Locato*, ibi: «Milites fidejussores fieri prohibemus.» Excipiuntur tamen milites veterani honeste a militia dimissi, quia ipsi cum non teneantur amplius armis occupari, et bello interesse, possunt libere privata negotia, et commercia tractare, argum. leg. 1. *Cod. de Veteranis* (2) (9. Secundo, fidejungere prohibentur mulieres, l. 1. ff. ad Sac. Congr. *Vellejan.* ibi: «Vellejano Senatusconsulto plenissime comprehensum juvatur Vellejano; l. 1. § 5, l. 5, princip. ff. *ad S. C. Vellej.* Item si aliquid in præmium fidejussoris a debitore receperit; quod a publico instrumento a tribus testibus subscripto, leg. 23, per tot. *Cod. ad*

est, ne pro ullo feminæ intercederent, » id est fidejuberent; et hæc prohibitio adeo strictè ligat mulieres, ut nec mater possit fidejuberere pro filiis, leg. *Si cum*, Cod. *S. C. Vellejan.* Nec filia pro parentibus, l. *Si paternum* 8. Cod. eod. Nec uxor pro Marito l. 1. Cod. *Ne uxor pro Marito.* (10. Tertio, fidejuberere prohibentur Ecclesiarum Prælati, et Clerici, cap. *Te quidem* 39. caus. 11. quæst. 1. ibi: « Te quidem (Episcopum alloquitur Papa) oportet irreprehensibiliter vivere, et summo studio niti, ut omnes vitæ hujus occupationes abjicias, ne fidejussor existas, » etc. et cap. 1. *Fidejuss.* ibi: « Clericus fidejussionibus inserviens abjiciatur, » et concordat *Novell.* 123. cap. 6. (11. Limitatur tamen conclusio, si raro tantum in uno, vel altero casu fiat ex causa præsertim pietatis, vel charitatis, arg. cit. c. *Clericus* 1. de *Fidejuss.* ubi solum prohibetur, ne Clericus sit inserviens Fidejussioni, quæ particula frequentiam denotat, uti docet Glossa *ibid.* verb. *Inserviens* Abbas, *ibid.* n. 1. cum communi aliorum. (12. Clericus autem Fidejuberens debet de patrimonialibus, vel quasi talibus, et non de Ecclesiasticis satisfacere, nisi forsitan ex causa necessitatis, ac pietatis pro egeno, aut alia causa pia contingeret Fidejussio; Abbas in cit. cap. *Clericus* 1. de *Fidejuss.* et alii passim, quia Ecclesias debitis gravare Clericus non potest, textu expresso in cap. *Quorumdam* 2. de *Solutionibus*, ibi: « Firmiter inhibemus, ne quis præsumat Ecclesiam sibi commissam pro alienis gravare debitis. » (13. Dicitur notanter: « Nisi forsitan ex causa necessitatis, aut pietatis pro egeno, aut alia causa pia contingeret Fidejussio; » quia cum in similibus casibus possit, immo subinde teneatur donare, arg. cap. *Gloria Episcopi* 12. quæst. 12. juxta dict. verb. *Beneficiatus* art. 1. num. 35. et seq. multo magis poterit per Fidejussionem interim obligare redditus Ecclesiasticos etiam superfluos.

(14. Item fidejuberere potest Clericus pro alio Clerico. Communis, arg. Cap. *Pervenit* 2. de *Fidejussionibus*, ubi Papa fidejussionem Clerici pro Clericis factam non solum non improbat, sed mandat, ut a debitoribus eidem satisfiat, sicque tacite approbat. (15. Item Clericus potest fidejuberere pro sua Ecclesia; Communis; arg. cap. *Quod quibusdam* 4. de *Fidejuss.* l. *Cum Clericis* 23. et l. *Omnes* 33. § 2. de *Episcop. et Cleric.* (16. Clerici Fidejussio facta nimis frequenter de bonis patrimonialibus vel de aliis Ecclesiasticis redditibus ad ipsum pro honesta sustentatione plene spectantibus, quamvis sit illicita, est tamen valida, et Clericus tenetur ei stare, et in defectum principalis debitoris de præfatis bonis satisfacere. Glossa in cit. cap.

S. C. Vellejan. ibique *Bruneman.* Rursus si pro servo intercedat, ut is consequatur libertatem, vel pro alia muliere ob dotem l. 24. et l. ultim. Cod. eod. ibique *Bruneman.* Hering. de *Fidejuss.* cap. 7. n. 37. *Hilliger.* in *Donell.* lib. 12. cap. 32. quibus posterioribus casibus remissas veteris juris solemnitates esse tenet. *Bruneman.* loc. cit. ad leg. 12. sub num. 12. Si vero suam juramento firmet obligationem, indistincte tenetur ad implementum, non obstante Velle-

Clericus 1. de *Fidejuss.* verb. *Inserviens*; Barbosa *ibid.* in fin. ubi plures citat. *Menoch.* de *præsumption.* lib. 2. præsumpt. 46. num. 5. Engel lib. 3. *Decretal.* tit. 22. num. 5. *Reiffenstuel* *ibid.* num. 34. Et ratio est, quia nullibi in Jure reperitur pro nulla declarata Fidejussio Clerici sæcularis. Neque refert quod sit prohibita: quia, ut expresse dicitur in cap. *Ad Apostolicam* 16. de *Regularibus*: « Quia multa fieri prohibentur, quæ si facta fuerint, obtinent firmitatem. »

(17. Quarto, fidejuberere prohibentur Religiosi omnes, non tantum privati, sed etiam superiores sine consensu majoris partis Capituli. De Religiosis privatis habetur textus expressus in c. *Quod quibusdam* 4. de *Fidejuss.* ibi: « Quod quibusdam Religiosis a Sede Apostolica est prohibitum, volumus et mandamus ad universos extendi; ne quis vide licet Religiosus absque majoris partis Capituli, et abbatis sui licentia pro aliquo fidejubeat. » Idem est de Prælati, si debitas Juris solemnitates non adhibeant, per textum ex cap. *In quorumdam* 2. de *Solutionibus*; Barbosa in cit. c. *Quod quibusdam* 4. *Fidejuss.* n. 5. Engel loc. cit. num. 6. *Reiffenstuel* loc. cit. num. 34. et communis aliorum: Religiosi enim omnes sive Prælati, sive subditi, nihil proprii habent, de quo fidejuberere possint. (18. Limitatur tamen conclusio in casu quo Prælati pro modica quantitate, et raro fidejubeat, quia talis facultas ad liberam administrandi facultatem pertinet; Pirhing lib. 3. *Decretal.* tit. 22. num. 11. *Reiffenstuel* *ibid.* n. 35. Engel *ibid.* n. 6. *Silvester* verb. *Fidejuss.* quæst. 4. et alii passim. Immo etiam privatus Religiosus, qui beneficium cum potestate administrandi redditus habet, etiam tacitam licentiam, raro et in modica quantitate fidejuberendi habere censetur; Pirhing. loc. cit. n. 13. *Reiffenstuel* l. c. num. 33. et alii. (19. Fidejussio a Prælato, vel privato Religioso contra Jura facta, non solum est illicita, sed etiam invalida. Nec obligat Monasterium, et privat etiam Prælatum administratione, tam spiritualium, quam temporalium. Communis. Et quod talis fidejussio sit invalida, et Monasterium, seu Ecclesia ad nihil teneatur, habetur expresse ex cap. *In quorumdam* 2. de *Solutionibus*, ibi: « Decernentes ad solutionem talium debitorum Ecclesiam non teneri: » et ex c. *Quod quibusdam* 4. de *Fidejuss.* ibi: « Non tenetur conventus pro his aliquatenus respondere. » Et quod Prælati incurrat dictam penam privationis, patet ex cit. cap. *Quorumdam* 2. de *Solutionibus*, ibi: « Si quis autem contra præmissa venire contempserit, ab administratione spiritualium, et temporalium noverit se suspensum. »

jano Zoes. in *Decretal.* lib. 3. tit. 22. num. 4. *Rota cor. Falconer.* tit. de *S. C. Vellejan.* decis. 4. num. 18. cui mulier potest renunciare. *Rot. cor. eod. tit.* eod. dec. 6. n. 2. Quamvis autem pro marito uxor fidejuberere non possit. *Rot. loc. cit. decis. 4. 5 et 6.* num. 1. pro eo tamen a carceribus liberando, uti et pro alia quacumque causa pia valide obligatur; *Rota loc. cit. dec. 6. n. 2.* (EDIT. BARBIELL.)

(20. Fidejussor tenetur solvere totum id, quod debitor principalis tempore fidejussionis debebat, si hic non est solvendo, immo etiam usuras, si ita promisit; arg. l. *Fidejussores* 68. ff. de *Fidejussor.* l. *Fidejussor.* 10. Cod. eod. l. *Si mandato* 8. c. *Quod cum eo, qui alienat*, ibi: « Et sorti, et usuris te parere oporteret, si te his omnibus obligasti. Quod si Fidejussor Credito pecunia intercessisti, teneri te ex obligatione explorati Juris est. » (21. Fidejussor non obligatur ad plus, quam debitor principalis, textu expresso in l. 8. § 7. ff. de *Fidejuss.* ibi: « Fidejussores ita obligari non possunt, ut plus debeant, quam debet is, pro quo obligantur; Nam eorum obligatio est accessoria principalis obligationis, nec plus in accessione potest esse, quam in principali. » (22. Nec Fidejussor potest prius obligari, quam obligatus sit debitor principalis; textu expresso in l. *Fidejussor* 57. ff. de *Fidejuss.* ibi: « Fidejussor. antequam reus debeat, conveniri non potest. » (23. Si Fidejussor ad certum duntaxat tempus fidejussit, et Creditor tempus sine consensu Fidejussoris prorogat debitori, ad nihil amplius tenetur Fidejussor, l. *Item queritur.* 13. § *Qui impleto* 11. ff. *Locati*; Et ratio est, quia ex Regula 85. *Juris* in 6. « Contractus ex conventionem legem accipere dignoscuntur, » et sic Glossa in § *Si quid.* vers. *Solverit.* Instit. de *Fidejuss.* Layman lib. 4. tract. 4. cap. 29. in fine; *Reiffenstuel* l. c. num. 47. et alii passim (1).

(24. Fidejussor quantum est ex simplici Fidejussione, non tenetur ad usuras, aut alias novas accedentes obligationes, textu expresso in leg. *Fidejussores* 68, § 1. ff. de *Fidejuss.* ibi: « Pro Aurelio Romulo conductore vectigalis centum annua Petronius, et alii fidejusserant, bona Romuli Fiscus obligata sibi occupaverat, et conveniebant Fidejussores, tam in sortem, quam in usuras, qui deprecabantur, lecta subscriptione Fidejussionis, quoniam in sola centum annua se obligaverant, non in omnem conductionem; decrevit Fidejussores in usuras non teneri. » (25. Tenetur tamen ad ipsas, si specialiter, vel universaliter ad has quoque se obligavit, textu expresso in l. *Fidejuss.* 10. Cod. de *Fidejuss.* ibi: « Fidejussor, seu mandator, si in usuras quoque obligatus est, justam causam recusandi eas solvere non habet, » et concordat l. *Quero* 54. ff. *locati.* (26. Fidejussoris obligatio transit, etiam ad ejus hæredes, textu expresso in l. *Fidejussor.* 24. Cod. de *Fidejuss.* ibi: « Fidejussoris quidem hæres exemplo Fidejussoris tenetur, » et § 2. Instit. de *Fidejussor.* ibi: « Fidejussor non

(1) Quod tamen intelligendum est quando agitur de fidejussione facta ad tempus *taxative*, non ad tempus *simpliciter*; vel quando terminus finiendæ obligationi, non solutioni peragenda adjectus videtur, in quibus posterioribus casibus ob non interventum novationis pro sorte, et fructibus in vim primi contractus ante tempus dilationis decursis obligatus semper remaneat. l. *Si cum Hermes.* ibique *Glos.* in verb. *Non ignor.* Cod. *Locat. et Conduct.* *Bruneman.* in Cod. lib. 4. tit. 65, leg. 7, n. 3. *Rot. cor. Lancett.*

tantum ipse obligatur, sed hæredem relinquit obligatum. » Communis.

(27. Si plures sint Fidejussores super eodem debito, tenentur omnes in solidum, ita ut si reliqui solvendo non sint, ille solus, qui solvendo est, ad totum in solidum solvendum teneatur, textu expresso in § *Si plures*, 4. Instit. de *Fidejuss.* ibi: « Si plures sint Fidejussores super eodem debito constituti, quotquot erunt numero singuli in solidum tenentur. » (28. Si tamen alii confidejussores etiam sint solvendo, non potest Creditor convenire unum solum pro toto debito, et conventus potest excipere, et dicere, ut singulos æqualiter pro suis partibus conveniat, prout expresse habetur ex Epistola Domini Adriani Imperatoris, in § *Si plures* 4. Instit. de *Fidejussor.* ibi: « Ex Epist. D. Adriani compellitur Creditor a singulis, qui modo solvendo sunt, litis contestatæ tempore partes petere. » Concordat l. *Si contendat* 28. ff. eodem. l. *Non recte* 3. l. *Fidejussor* 10. Cod. de *Fidejuss.* ibi: « Is qui cum altero fidejussit non solus conveniatur, sed dividatur actio inter eos qui solvendo sunt (2). » (29. Si post factam legitime divisionem debiti inter confidejussores, aliqui fiant non solvendo, id accidit damno Creditoris, qui sibi imputare debet, quod illos tempestive non excusserit, dum adhuc erant solvendo. Non enim debet hoc damnum imputari aliis confidejussoribus, qui semel liberati, non possunt inviti reduci in pristinam obligationem, l. *Inter eos* 5, § *Cum inter*, ff. de *Fidejuss.* l. *Liberum* 16. C. eod. *Zæsius* ff. eod. tit. num. 28. *Pirhing* l. cit. n. 21. in fine (3).

(30. Fidejussor regulariter conveniri non potest, nisi postquam fuit conventus, et excussus debitor principalis, et inventus quod ipse non sit solvendo, sive in totum, sive in partem; textu expresso in Auth. *Præsentè*, C. de *Fidej.* ibi: « Præsentè tamen utroque (scilicet Debitore principale et Fidejussore) non convenit intercessorem convenire, prius quam reus inventus est minus idoneus, sive in totum, sive in partem. » Communis. (31. Hoc tamen privilegio non gaudet Fidejussor, si debitor principalis sit absens, et ipse sit præsens, nisi promittat sistere, seu afferre præsentem debitorem principalem intra certum tempus a Judice determinatum, cit. Auth. *Præsentè*, C. de *Fidejuss.* ibi: « Absente autem reo præsens intercessor jure quidem convenitur, ipso tamen desiderante Judex definit tempus, intra quod deducat reum primum conveniendum, ipsum in subsidium reservando, nam transacto tempore compellitur satisfacere, cessis a Creditore

dec. 110, n. 9 et 10. *Vinn. Select. jus* quæst. 40. (EDIT. BARBIELL.)

(2) Intellige de simplici fidejussore. (EDIT. BARBIELL.)

(3) Hoc procedit si tempore litis contestatæ reliqui Fidejussores erant solvendo. Si enim tempore litis contestatæ solvendo non erant, Creditor potest etiam deinde idoneum fidejussorem convenire pro aliorum portionibus. *Voet. in Pandect.* lib. 46, tit. 1, sub. n. 21. (EDIT. BARBIELL.)

sibi actionibus (1). » (32. Nec Fidejussor gaudet tali privilegio et beneficio si notorie constet debitorem principalem non esse solvendo, quia tunc frustra fieret excussio; Engel lib. 3, *Decret.* tit. 22, num. 9. Pirhing *ibid.* num. 21. Reiffenstuel *ibid.* num. 52, et alii passim. (33. Nec Fidejussor gaudet tali beneficio, si debitor sit difficilis conventionis, quia potens, injuriosus, et rixosus, ita ut difficiliter excuti possit; in tali enim casu æque incommodum est creditori principalem debitorem convenire ac in casu absentiae illius: Gail. lib. 2, observ. 77, num. 21. Mising. cent. 2, observ. 15. Pirhing loc. cit. num. 21. Reiffenstuel loc. cit. numer. 54, ex Haunoldo citante communem. (34. Nec Fidejussor gaudet tali beneficio excussionis, si ipsi expresse, vel tacite renuntiavit, quod facere potest, quia tantum in favorem illius est concessum; l. pen. Cod. de *Pactis*, ibi: « Est regula Juris antiqui, omnes licentiam habere his, quæ pro se introducta sunt, renuntiare. » Et in ead. l. pen. Cod. de *Pact.* sic etiam expresse habetur: « Pacta autem conventa quæ neque contra leges, neque dolo malo inita sunt, omnino observanda sunt, » et concordat *Regula 85. Juris* in 6, deducta supra num. 23, et sic tenet Communis cum Molina disp. 345, num. 12. Engel loc. cit. num. 10. Reiffenstuel loc. cit. n. 56. Pirhing loc. cit. num. 21. Mising. loc. cit. (35. Nec Fidejussor gaudet tali beneficio, si malitiose neget Fidejussionem, et postea convincatur. Communis. cum Barb. in c. *Perveniet 2, de Fidejuss.*, num. 6. Molina loc. cit. vers. *Item Fidejussor.* Engel loc. cit. Reiffenstuel loc. cit. num. 55. Et ratio est, quia mendacium aufert privilegium l. penult. Cod. *Contra jus, et utilitatem*, ibi: « Et si legibus consentaneum sacrum oraculum mendax preceptor attulerit, careat penitus impetratis. »

(36. Fidejussor in pluribus casibus potest petere liberationem a Fidejussione, etiam antequam solvat; sic habetur expresso in cap. *Eum pro quo 3 de Fidejussoribus*, ubi Gregorius IX enumerat tres his verbis: « Eum pro quo te Fidejussorem obligasti, si diu in debiti solutione cessavit, aut dissipare bona sua cœpit, seu super hoc condemnatus fuisti, jure poteris convenire, ut te a Fidejussione debeat liberare, » et concordat l. *Lucius*, 38, in fine ff. *Mandati*.

(37. Primus itaque casus, quo Fidejussor liberationem a Fidejussione petere, eamque debitor præstare tenetur, est si debitor diu negligit solvere, seu in culpabili mora solvendi, diu fuit, cit. cap. *Eum pro quo*, et cit. leg. *Lucius*, Pirhing loc. cit. num. 18. Reiffenstuel loc. cit. num. 66, et alii communiter. (38. Secundus casus est, si debitor principalis incipit esse prodigus, et dissipare bona sua, ita ut Fidejussor sit in periculo, tunc enim petere potest a Judice, ut libere-

(1) Ut Fidejussor hoc valeat perfrui beneficio illud ante litem contestationem allegare debet, secus eodem non juvatur l. 19. Cod. de *Probat. Baton. Fab. Cod.* lib. 8, tit. 4, de *Except. definit.* 1, quamvis contra-

tur, etiam antequam solvat: cit. cap. *Eum pro quo*; et cit. l. *Lucius*. Communis. (39. Dummodotamen tempore Fidejussionis sciente Fidejussore non cœperit debitor dilapidare bona sua, quia tunc Fidejussor hoc periculum sponte in se suscepisse censeretur, ut recte docet Glossa communiter recepta in l. *Si pro ea 10. Cod. Mandati*; Pirhing loc. cit. n. 18; Gailus l. c. n. 9; Reiffenstuel l. c. n. 68, arg. l. *Si creditores*, ff. de *Privilegiis creditorum*, et l. *Si Fidejussor 7, ff. Qui satis dare cogantur*. (40. Tertius casus est, si Fidejussor, ut pro debitore principali solvat, a Judice condemnatur, tunc enim illico, antequam solvat, agere potest adversus debitorem, ut eum Fidejussione liberet, ac indemnem servet; cit. c. *Eum pro quo*, et c. l. *Lucius*, et l. *Fidejussor 45, ff. de Fidejuss.* (41. Quartus casus (ultra prædictos tres contentos in cit. c. *Eum pro quo*, et cit. l. *Lucius*) est, si inter Fidejussorem, et debitorem conventum sit, ut eveniente certa conditione, aut elapso certo tempore, liberaretur Fidejussor; arg. l. penult. Cod. de *Pactis*, ubi expresse dicitur: « Pacta autem conventa, quæ neque contra leges, neque dolo malo inita sunt, omnino observanda sunt, » et Regul. 85. *Juris* in 6, ibi: « Contractus ex conventionem legem accipere dignoscuntur. » Communis. (42. Quintus casus est, si Fidejussor ex rationabili, et justa causa, v. g. negotiationis, Officii, studiorum, et hujusmodi, vellet peregre proficisci in longinquas regiones diu absuturus, ideoque periculum immineret; Abbas in cit. cap. *Eum pro quo 5, de Fidejussoribus* num. 4. Barb. *ib.* num. 16. Pirhing l. c. num. 18. Reiffenstuel loc. cit. num. 74, arg. l. *Filius Familias 8, § fin. ff. de Procurat.*, l. *Aut si 9, et l. Aut longa 23, ff. cod.* (43. Sextus casus est, si inter debitorem et Fidejussorem graves, vel capitales exortæ sint inimicitiae, dummodo non sint exortæ culpa Fidejussoris, quia alias posset sic pro suo libitu se liberare a Fidejussione; Barbosa loc. cit. num. 14. Pirhing loc. cit. num. 18. *Surd. de Aliment.* tit. 1. q. 45, num. 73. Reiffenstuel loc. cit. num. 72, arg. l. *Filius Familias 8, § final. ff. de Procurat.*

(44. Principalis debitor tenetur de jure Fidejussorem relevare, eumque ab omni molestia indemnem conservare, ac eumdem reintegrare de omnibus per eum solutis; Rota part. 1. dec. 373, n. 2. in fine, part. 4. tom. 2. dec. 206, num. 1. cum sequent. et numer. 10, cum sequent. part. 13, dec. 305, num. 1, cum seq. part. 17, dec. 310, num. 1. part. 18. tom. 1, dec. 43, n. 1, dec. 89, n. 8, part. 18, tom. 2. dec. 561, num. 1. et sæpe alibi. (45. Immo non solum tenetur conservare indemnem Fidejussorem pro summa, pro qua fidejussit, sed etiam pro omni damno, et interesse passo ratione fidejussionis; Rota part. 17. dec. 287, num. 7.

rium sentire videatur Lancerus *Except.* part. 2, c. 16, n. 8, et seq. Carpov. *Defin. forens.* Distinct. 5, sect. 7. (EDIT. BARBIELL.)

part. 11. dec. 270, num. 2; part. 17. dec. 310, num. 1. (46. Fidejussor potest pacisci, et de jure aliquid recipere in compensationem imminentis periculi, quod subit in fidejubendo; Rota part. 2, dec. 69, n. 3. part. 3, dec. 139, n. 3. part. 13, dec. 121, num. 8, et seq. et dec. 139, num. 9 et seq. (47. Etiam si debitor existat idoneus, quia semper aliquod Fidejussori imminet periculum; Rota part. 13, dec. 121, num. 15, et dec. 539, n. 16 et seq. (48. Regulariter de stylo Mercatorum persolvuntur profidejussore duo in singula centenaria; Rota part. 13, dec. 121, n. 5 et 15, et dec. 539, num. 6 et seq. (49. Creditor potest acceptare moderatum pretium, ut Fidejussorem liberet a Fidejussione periculosa, vel molesta, quam suscepit pro debitore. Molina, Sà, Roderic. Alloza cum La Croix lib. 2, part. 2, num. 1107. (50. Creditor compelli non potest, ut habito uno Fidejussore, admittat alium; sicuti compelli non potest, ut loco prioris hypothecæ admittat aliam, quia habet jus standi primo contractui; Roderic. q. 12, num. 23. La Croix l. c. num. 1107, et alii. (51. Si tamen Creditor admisit alterum Fidejussorem, liberatur primus; Castropal. § 2, num. 5 et 6, La Croix loc. cit. num. 1107, et alii passim. (52. Fidejussores plures, quando sunt omnes in solidum obligati, sicuti respectu debitoris principalis sunt Confidejussores, ita alter alteri ad invicem sunt etiam Fidejussores pro rata, et ratione solidi alter pro altero tenetur, et conveniri potest; Rota part. 5, tom. 2, dec. 267, n. 1, 2 et 3. (53. Ac ideo, si alter ex Confidejussoribus in solidum obligatis solvit Creditori principali, potest repetere ratam partem adversus alios confidejussores; Rota part. 1, dec. 362, num. 5, et sequent. part. 3, dec. 350, num. 1, part. 5, tom. 2, dec. 487, num. 8 et seq., et dec. 617, num. 1 et sequent., part. 16, dec. 135, n. 15, et sequent. part. 17, dec. 330, n. 1, cum seq. (54. Quilibet tamen Confidejussor, pro eo, quod solvit, habet actionem mandati contra principalem debitorem; l. *Si remunerandi 6, § 2, ff. Mandati*, et § 6. *Instit. de Fidejuss.* ibi: « Siquidem autem Fidejussor pro reo solverit, ejus recuperandi causa habet cum eo mandati judicium; » Rota part. 7, tom. 2, dec. 386, num. 23, part. 6, dec. 222, num. 9 et seq. (55. Insuper habet etiam Fidejussor actionem negotiorum gestorum adversus principalem debitorem ad repetendum id, quod solvit, et indemnitate consequendam; l. *Sed videamus 4, ff. de Negotiis gestis*; Rota part. 6, dec. 223, n. 10, et seq. part. 10, dec. 232, num. 13. Fidejussor enim solvendo non suum gerit, sed principalis debitoris negotium; Rota part. 2, dec. 487, num. 5.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(56. Inter eos, qui fidejubere prohibiti sunt, refert Auctor num. 10, et Clericos, eosque fidejubere prohibitos esse contendit tam jure Civili in *Novella 123, c. 6*, quam jure Canonico in cap. 29, caus. 11, quæst. 1, et in cap. 1, de *Fidejussor*. Censet tamen

num. 16, quod facta a Clerico fidejussio illicita, non item irrita sit. At si revera prohibiti fuissent Clerici fidejubere, irrita quoque est fidejussio, nam in *Novella 123, cap. 6*, quæ hanc in rem allegatur, habetur: « Quod contra fidejussores Clericos nulla sit danda actio: » et ita quoque sentiunt Brunemann. *Jur. Eccles. univers.* lib. 2, c. 15, § 32. Stryk. *Injus modern. Pandect.* lib. 46, tit. 1, § 3. Lauterb. ad tit. de *Fidejussor.* § 13. Cyriac. *Controv. forens.* 212, nu. 9. et seq. Hering. de *Fidejussor.* cap. 7, num. 239 et seq.

(57. Meo autem iudicio, nec jure Civili, nec jure Canonico prohibiti in universum sunt Clerici fidejubere. Quod enim atinet ad jus Civile, *Novell. 123, cap. 6*, non omnem Clericorum, sed illam tantum prohibet fidejussionem, quæ « pro exactionibus fiscalium sanctionum, aut conductione publicarum et alienarum possessionum, aut curatione domus, aut procuracione litis suscipitur; » idque quia, quum administratio negotiorum sæcularium Clericis sit interdicta, congruum visum fuit Justiniano irritam declarare fidejussionem illam, quam Clerici suscipiunt pro memoratis causis, ex quibus obligari nequeunt. Si itaque in *Novella* hac adest exceptio, Regula in contrarium formanda est, quod Clerici ex fidejussionibus obligari nequeunt. Solet et allegari *Novella 86 Leonis*. At eæ prohibentur Clericis sponsiones, quæ sane fidejussiones haud sint.

(58. Nec Jus Canonicum Fidejussiones Clericorum prohibuit. Affertur primo loco Canon Apost. 19, quem alii 20 dicunt. At Canones Apostolicos sublestæ fidei esse, nec ullum inde idoneum argumentum strui posse, noto hodie notius est. Canon 29, caus. 11, qu. 1, desumptus est ex quisquiliis Isidori. Accedit, quod in eo inter alias qualitates, quæ in Episcopo desiderantur, hæc quoque ponitur: « Ne fidejussor existat. » At hinc, ut nemo non videt, erui nequit generalis prohibitio omnibus Clericis facta ne fidejubeant. Restat ut disseramus de cap. 1, de *Fidejussor.* ubi legitur: « Clericus Fidejussionibus inserviens abjiciatur: » Desumptus dicitur textus hic ex Concilio Cantuariensi, ut indicat rubrica. At secundum nonnullos interpretes referre videtur Canonem 19, vel 20, Apostolicum. Quidquid autem hujus rei sit, de Clerico fidejubente vix videtur loqui. Lectio adhuc dubia est. Alii enim legunt *Fidejussoribus inserviens*, alii *Fidejussionibus inserviens*. Pirheo in not. ad dict. c. 1. At ultra lectio amplectatur sermo est de iis Clericis, qui fidejussiones procurant, conciliant, et instar Proxenetarum sunt; Bohemer, in *Decretal.* lib. 22, § 10. Proxima quoque est interpretatio Grananiet. in dict. cap. sub nu. 4. *Verius* (sunt ipsissima verba) « dicendum est ideo in specie nostri Textus fidejussionem Clericis fuisse prohibitam, non ex eo, quod ipsi Fidejussores esse non possunt, sed ex eo, quod principaliter spe lucri fidejussores se præbebant, et sic quasi fidejussionibus inservienses seu debitorum Proxenetæ, quod illicitum Clericis, et animadversione dignum erat, ideo justa de causa